

De hac autem convocatione singuli Revmi Episcopi supradicti monebunt suarum respective Ecclesiarum Cathedralium Capitula, aliosque qui huic Synodo interesse tenentur de jure vel de consuetudine.

Denique, Venerabiles Fratres, enixe vos obsecramus ut hanc Synodum in precibus et Missis Deo Optimo commendetis, Patri Omnipotenti qui operatur in Nobis velle et perficere; Filioque ejus Domino Nostro Jesu Christo, sine quo nihil possumus facere; et Spiritui Sancto, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei, ut nobiscum sit et nobiscum laboret, ut mentes illuminet, corda succendant; utque nostra actio et operatio, bene incepta, bene et feliciter ad exitum perducatur ad majorem Dei gloriam et Provinciæ Nostræ utilitatem.

Datum Quebeci ex ædibus Nostris archiepiscopalibus, sub signo sigilloque Nostris, ac Secretarii Nostri chirographo, die Epiphaniæ Domini Nostri Jesu Christi, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto.

S. ✠ L. (Sign.) † E. A. Archpus Quebecen.

*De mandato Illmi ac Rmi*

*D.D. Archiepiscopi Quebecensis,*

(Subsign.) C. A. MAROIS, Pter,

*Secretarius.*

---